

STELLA — ZVEZDA

(Lili Novy)

Stella corusca viam metitur pone fenestram.
Sum devecta domo morbida quando mea?
Aegroti hic ubi curantur, iacio patiorque,
Non procul abs tumulto, nec procul a carie.

Per caeli convexa viam facit albida stella.
Quaero: Quo via fert? Estne salus, obitus?
„Spem fove!“ vox arcana silentii anhelat inanis.
Stella etiam effulsit, delituitque oculis.

VER EST — VIGREDET O

(Carmen popolare Slovenum Carinthium)

Ver est, condecorantur arva florum,
Gestit arbore cor mihi virente.
Gaudent ruricolae, quod est soluta
Nix ac sunt iterum impigra saturi.

Non dormire valens alauda primo
Incipit melos, en, mane sonare;
Ascendens volat et canit per auras,
Sublimem celebrat suum satorem.

Ver hoc laetitia habet suaves,
Et flores varios avesque miras.
Sed discesserit annus atque abibunt
Rursus gaudia namque hiems redibit.

Ljubljana

Vertit: S. Kopriva